



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola LVIII. Ioannis Papae VIII. Ad Aqvileiis. Quae de eo sinistre
ferebantur, in generali Concilio canonice terminanda significat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

minico zizania communi studio radicibus amputentur; & salubrium virtutum germina socio pro his certamine penitus inferantur. Fratres præterea & coepiscopos nostros, qui sub beatitudine vestra degunt, ad eamdem vniuersalem Synodus hortatu sanctitatis vestræ venire præcipimus. Quisquis autem occurserit sanctitati tuæ forte contempserit, canonice se nouerit increpationibus procul dubio submittendum, in promptu, secundum Apostolum, nobis habentibus omnem vlcisci prorsus inobedientiam. Hanc vero apostolatus nostri epistolam vel exemplaria illius, beatitudo vestra in dioecesi sua omnibus indifferenter episcopis parare faciat; ne aliquod possit ab inobedientia excusationis, quod non expedit, velamen obtendi.

E P I S T O L A L V I I I .

I O A N N I S P A P A E V I I I .

A D A Q V I L E E I V S .

Quæ de eo sinistre ferebantur, in generali Concilio canonice terminanda significat.

*Ad * Aquileius.*

* factio
Aquilei-
enjems.

* for. in-
tegrius

NO V I M V S vestram beatitudinem a nonnullis de quibusdam sinistri diffamari, quod profecto in synodi est Conuentu ^{*} interius & perspicacius ventilandum, & secundum sui qualitatem, regulari censura modis omnibus finiendum. Sed credimus, diuina fauente gratia, vos coram positos, ita insontes inueniendos, ut veritas exagata non de vobis cceni, quod absit, sed vnguenti commoti iucundum reddat odorem; nisi forte absentia procurata, vera quæ dicuntur de vobis comprobet, & pœnam merito irroget: quæ si adesset, magistra iustitia forsitan retudisset. Data vi. Kalendas Iunii, indictione x.